

Elias, & Enoch singulari prerogativa nobilitantur.

197. Deus si aliquid non dedit pro suo tempore, postea recompenstat.

198. Genes. 18. Deus differt donum, ut multipliciter recompenset.

D. Chryl.

199.

Matth. 15.

Deus dilatat, ut maiori gloria sit beneficii.

longitudine vite & loco, & modo vivendi. Valde illustriissimi erunt Elias, & Enoch gratia, meritis ac speciali testimonio, vita doctrina, & Martyrio, sub tamen dura persecutione, qualis nunquam fuit ab initio, nec erit, & sicut illa persecutio nullam aliam habuit similem: ita illi facti duo praecones, qui tam fortiter sub illa laboraverunt, singulari prerogativa sunt nobilitandi, ac condecorandi à Deo.

Secundò, Admirantibus adversariis, cum summa gloria in caelum, & Enoch, ante communem, ac generalem resurrectionem beatorum corporum, & eorumdem glorificationem: cur ergo eis hæc specialis prerogativa conceditur, ut in gloriosis corporibus eleventur in beatitudinem; eorum animæ beatitudo, usque ad illa tempora dilata fuit; & licet innumeris post eos nati eam consecuti essent: ecce cur Deus eorum glorificationem, etiam quoad corpus aliorum beatitudinem antevitet, ut quod pro tempore antecedenti eis non dedisse visus est, aliquo speciali beneficio eorum glorificationis recompenstat.

Abrahamus, & Sara, duo primi conjuges sunt qui steriles in Scriptura narratur: Erant ambo senes, procretaque aetatis, & desiderant Sara fieri mulierem, Genes. 18. n. 11. Quomodo Abrahamus vir illustriissimus, omni virtute, fide, charitate, & obedientia per totum tempus centum annorum (in quibus pro tunc vides defecerant,) ut sterilis jam reputabatur, quod pro magno opprobrio, pro tunc appendebatur: quomodo ergo tantus vir ut sterilis habebatur, quod de antecedentibus patribus non invenimus scriptum; tamen tam diuturno elapso tempore, dedit Deus Abrahamo filium Isaac, ex quo nasciturus erat Christus, & in quo benedicenda erant omnes gentes, & ut etiam Abrahamus ob suam singularem fidem diceretur Pater omnium credentium: Si ergo Abrahamus, cum Sara uxore sua sustinuit opprobrium sterilitatis per centum annos, & in hoc patribus attententibus poterat videri inferior: tamen postea Deus illustriissima generatione sic recompenstat, ut fieret excelsior omnibus Patribus tam illis, qui ante ipsum, quam iis, qui post ipsum fuerunt, cum ob ejus illustriissima merita, facta sit prima promissio ne Inca: natione divini Verbi, ut insigniter illius Pater diceretur, simulque Pater omnium credentium per fidem, magisterque pietatis: Inde Dominus differt promissum generationem, ut tãd eum extollat, D. Chryl. hom. 3. 1. In promissionibus, ait, moram facit, & differt, ut hac potissimum ratione Patriarcha pietas demonstretur.

Pro salu e filie, instanter clamat Chananaea, quam dominus asperè repellit, dicens: non sum missus, nisi ad oves Israël; illa tunc procidens, & adorans remedium deprecatur, quam tunc dominus duriori verbo à se rejicit, addens: Non est bonum sumere panem filiorum & mittere canibus, Matth. 15. n. 27. cum mulier audir, se canem vocari, non desistit: nec ut offensa aegre fess, sed humilis, & fortius instat, Etiam canelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc Jesus exclamat: O mulier, magna est fides tua, fiat tibi, sicut vis, à principio benedictatur totque moras interponit, tam rigidè & asperè se habet cum muliere, quam maximè

dignam beneficio agnoscebat: Disponebat Dominus, ut dilatio beneficii maximè cederet in mulieris gloriam, ut non solum filia sanitate reciperet, sed etiam ejus fides maximè esset exaltata: ac proclamasset, cur etis esse in exemplum, ac virtutis doctrinam, illiusque magistrum, D. Chryl. homil. 44. in Genes. Sciebat Dominus, ait, reconditam margaritam, quam latere nos volebat. Idcirco differebat, nec responso dignabatur, ut posteris omnibus, mulieris sedulitas magna fieret à Deo.

QUESTIO XXV.

Quare Elias, & Enoch gloriosa nube ascendunt in caelum?

100. Ascendunt in caelum, in nube, tanquam ad similitudinem Christi D. de quo ait D. Lucas Actor. 1. Videntibus illis elevatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Nam quavis nulla adfuerit nubes, ascendere poterant in caelum: Christus virtute propria, isti autem Prophe: & virtute Dei.

Respondet primò Aretas, post appositam praeviam difficultatem, igitur cum nebula sint appropriata ad esse nubis in ipsa quadam obscuritas, cum aliquo splendore quæ a refractione radii solaris ex incidentia percipiuntur, idcirco semper divinis manifestationibus attendendo commiscetur: illud designant quod divina, neque omnino nobis incerta sunt, neque omnino manifestè praebentur: sed veluti pura lucis illustratio per obscuritatem manifestatur: juxta hunc ipsum penmodum, etiam nunc ministra fit nubes ascessus. Prophetarum in caelum, id quod sub nube lateret, nec est omnino obscurum, nec omnino manifestum: Nunc hi duo praecones Christi cum nube in caelum ascendunt; quia divina non omnino incognita sunt, nec omnino manifesta, & aperta, prout in se sunt.

Secundò, ascendunt in caelum, nempe empyreum, in nube; Et quomodo tanta gloria, ac majestate evehantur, quidam eos tam sublimes, ac gloriose efficit; Non enim vides etiam Passionem, & mortem cum multa sæva crudelitate ab Antichristo, & quæque ministris infectam; & quomodo per tres dies, & dimidium insepulti in plateis jaceverunt, omnium risui, ac ludibrio expositi? Non ergo mirum, quod tam gloriose in caelum ascendant; ascensus, & scala in caelum paratur per ignominias, & Passionem. D. Naziana.

D. Naziana. Gregor Nazianz. Orat. in Paschate de Christo sic ait: Si in caelos ascendat, simul ascende, atque vel comitantibus, vel aspicientibus Angelis te adjungere poteris, ut attollatur, ac sublimes fiant, impera, quod Christum à Passione sublimem suscipiant. Alludit ad illud Psalm. 23. n. 7. Attollite portas, Principes, vestras, & elevamini porte aeternales. Jubentur non aperiri, sed attolli portas ad recipiendum Christum, valde sublimem à sua morte, & Passione, Nicetas, Nazi. Scholiasies eandem orationem, sic ait: Non dicunt, aperite, sed attollite, atque hoc loco explicat illud: factus obediens usque ad mortem crucis, propter quod exaltavit illum ac proinde in summam sublimitatem provehit, sublimes quoque fieri potest, postulat, ad insinuationem.

101. Passio & humilitas facit summam exaltationem in caelum.

102. Passio & humilitas facit summam exaltationem in caelum.

Nicetas. 1. ad Philip.

103. Tertiò per tres dies, & dimidium, postquam hi duo magni praecones fuerint in terrefacti sæva morte, ac dictis tormentis, eorum cadavera nuda cum omni opprobrio, ac ignominia jacebant in plateis civitatis; illorum verò inimicis conviviis indulgebant, deliciis affluent, toti perfusi júbilo, ac latitia; quomodo ergo nunc vice versa hi corpore, & anima beati gloriose in caelum ascendunt: Illi verò totitremebundi; in terris attoniti jacent, supplicia à caelo emissa jam perferentes, non miranda res, sed valde in usu Justo um ærumna; ac labores gloriam germinant; deliciae iniquorum penas parturiunt; quod videre est in divite opulento, & mendico Lazaro. Mortuus est dives, & sepultus est in inferno: mortuus est mendicus, & portatus est ab Angelis in sinum Abrahae. Dives autem elevatus, vidit Lazarum in sinu Abrahae, Luc. 16. n. 23. D. Chrysol. serm. 324. Immutatio, ait, quæ in rerum, quod descendit dives, quod pauper ascendit: respexit sursum, quem despicerebat hic & seorsum.

104. Qui simulantur Christo in humilitate, similes erunt in glorificatione.

105. Joani 9. Ex confortate cum Christo mortuo magna gloria.

103. Justorum labores glorias, delectationes, quorum penas parturiunt.

104. Qui simulantur Christo in humilitate, similes erunt in glorificatione.

105. Joani 9. Ex confortate cum Christo mortuo magna gloria.

106. Qui simulantur Christo in humilitate, similes erunt in glorificatione.

Cornel.

Richa. 1.

105. Joani 9.

Ex confortate cum Christo mortuo magna gloria.

D. Epiph.

Tertiò per tres dies, & dimidium, postquam hi duo magni praecones fuerint in terrefacti sæva morte, ac dictis tormentis, eorum cadavera nuda cum omni opprobrio, ac ignominia jacebant in plateis civitatis; illorum verò inimicis conviviis indulgebant, deliciis affluent, toti perfusi júbilo, ac latitia; quomodo ergo nunc vice versa hi corpore, & anima beati gloriose in caelum ascendunt: Illi verò totitremebundi; in terris attoniti jacent, supplicia à caelo emissa jam perferentes, non miranda res, sed valde in usu Justo um ærumna; ac labores gloriam germinant; deliciae iniquorum penas parturiunt; quod videre est in divite opulento, & mendico Lazaro. Mortuus est dives, & sepultus est in inferno: mortuus est mendicus, & portatus est ab Angelis in sinum Abrahae. Dives autem elevatus, vidit Lazarum in sinu Abrahae, Luc. 16. n. 23. D. Chrysol. serm. 324. Immutatio, ait, quæ in rerum, quod descendit dives, quod pauper ascendit: respexit sursum, quem despicerebat hic & seorsum.

Quartò, Christus D. devicta morte, corpore gloriose ad paternam sedem ascendit, ut testatur D. Luc. Act. 1. Quomodo ergo puris creaturis conceditur triumphus, qui Christo vero Deo & homini tribuitur: Christus ignominiosa morte expiravit, crucifixus in Calvario: deinde tertia die resurrexit, suum Dominum secuti sunt Elias, & Enoch multis inforti affecti mortui sunt, & etiam, ut aliquibus placet, crucifixi in Calvario. Vide supra q. 21. n. 167. & post tres dies cum dimidio resurgunt, ut notant Cornelius, imi abuntur ergo resurgentem Christum Dominum suum, hic enim tertia die à mortuis resurrexit, & inde in nube gloriose ascendit; & alta quidem divina ratione disponente ut similes sicut in gloria, qui similes inventi sunt in humilitate Richard. Victor. Ascendunt in caelum in nube, ait, ut qui Dominum imitari fuerunt in sustinenda pro ipso tribulatione, consimiles ei essent in ascensione.

Christo mortuo in cruce, scribit Ioan. 19. n. 38. Post hæc autem rogavit Pala se Ioseph ab Arimathea, eo quod esset discipulus Iesu, occultus autem propter metum Iudeorum, ut tolleretur corpus Iesu, venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Iesum nocte primam. Magno mysterio notatur ab Evangelista duo Iudeorum Principes, & piissimi in Iesum; ambo tamen in occulto Christo adherent; & cur in gloriosissimo eorum facinore, qui magnificè Iesum sepeliunt, illud volu Evangelista notare, quod occultè, ac latenter Iesum sequebantur? Nonne hoc illis ingloriosum erat; imò ad magnam eorum gloriam ordinabatur: Quod ergo duo occulti discipuli ceciderunt, ut Iesum manibus tractent, eique inserviant eo tempore, quo ipse occultus in lapide erat servandus, & apud inferos cum sanctorum animabus latitaret, ad maximum mysterium pertinebat in illis, qui in sua occultatione occultum Iesum representabant; & sicut Iesus ex illa sua sepulchri occultatione, ad magnam gloriam est sublimatus, sic illi duo discipuli humilem Christi occultationem representantes ad ingentem gloriam exaltantur, cum ex omnibus hominibus illis unigeniti filii Dei corpus commissum sit, ut illi ultimum sepultura officium prestarent. D. Epiph. Orat. in die Pasch. Recole absconditum inter omnia mysterium, dico occulti discipuli veniunt, ut cum oret Sylveira Apoca. vpsim. Tom. 1.

sepulchro occultent, qui occultè apud inferos indigebat, sua illa occultatione, docentes, id quod sub integumento occultabatur Deum esse.

Pix illa mulieres emerunt aromata, ut ungerent Iesum, cum que venissent ad locum sepulchri; in fide resurrectionis mortuae vel multum frigidæ: Quid tunc factum est ex ipso ingressu: Ait D. Matth. 28. n. 7. Excuntes cito de monumento, cum gaudio curretes, nunciare discipulis ejus, scilicet Christi resurrectionem. In primo limine mulieres viderant Angelos, audierant Angelos, & adhuc mortuae, vel frigidæ multum erant in fide resurrectionis, unde factæ sunt vividæ, & fortes, ut veniant curretes, annuntiate resurrectionem ejus; Ubi intrant sepulchrum, & rationally Christi associantur inde participes sunt vite, exeuntes de sepulchro, in fide resurrectionis vividissimæ, tanquam Christi sequentes vestigia: qui vivus è sepulchro exivit. D. Chrysol. serm. 80. Mulieres intrant sepulchrum, ait, ut fidenter sepultura participes, factæ Passionis; exeunt de sepulchro, ut ante fide resurgant. Habet hoc imago, & umbra Passionis Christi in nobis ut vitam, & triumphum generet ut ait Apostolus Rom. 6. Si compleris facti sumus similitudini mortis ejus, simul & resurrectionis erimus.

106. Apoc. 11. n. 13. In illa hora factus est terræ motus magnus, & decima pars civitatis cecidit: & occisa sunt in terræ motu hominum septem millia, & reliqui in timorem missi sunt, & dederunt deo cæli gloriam.

VERSIONES.

Arabic. n. 13. Eadem die, & mortui sunt hominum septem millia experterriti sunt reliqui, & perfolerunt gloriam Deo cæli, Syria Una ex decem partibus civitatis cecidit, & qui reliqui fuerunt, timidi facti sunt. Aug. Primas. Et dederunt claritatem deo cæli.

EXPOSITIO XI.

107. Terra motus magnus in extensione. T in illa hora. In eademmet hora, quæ Elias, & Enoch ascenderunt in caelum; videtur hic modus loquendi denotare, quod post eorum ascensionem, ut ita parenter, & clarè omnes eam considerent, Factus est terra-motus magnus, tam intensio, quam etiam extensio; quia non solum factus est in tota ipsa civitate Ierosolyma, sed fortè etiam in locis vicinis, licet non tanta vehementia, & decima pars civitatis cecidit; quo ad ejus adificia, quod ita intelligo, ut non simul ceciderint, sed quadam



quædam in hoc loco, quædam in alio, vel quia ædificia erant infirmiora: vel quia & altius sic ordinatum est divina providentia: Et occisi sunt in terra motu nomina hominum septem millia; et nomine ponuntur pro hominibus.

208. Rupertus. Ansbertus. Rom. 21. 1. d. 2. 6. Omnis Israël saluus fiet. Et bene notat Ferrarius, quod sicut Christus D. de morte sua Ioan. 12. n. 28. Cum exultaveris fili in hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum: denotans, per prodigia morti suæ aperire dos illis oculos ad fidem, ita hic per prodigia faciendâ in morte Eliæ, & Enoch convertentur Iudæi, & multi alii. Gloriam Deo cæci: iam recognoscetes, Antichristum non esse Deum, sed eum, qui est in cælis, qui servos suos tam digne promeritos ad se in cæcis recepit.

209. Ferrarius. Joann. 11. Per prodigia in morte Christi multi sunt convertisse in morte Eliæ, & Enoch.

QUÆSTIO XXVI.

Quare Text. ait, quod perierunt septem millia nominum, cum potius videbatur dicendum, septem millia hominum.

210. Apoc. 3. Nomen pro hominibus ponitur. A. Ror. 1. Græcus. 211. Secundò, ad quætionem, non ait Ioannes, quod homines sint occisi, sed nomina hominum, de notant homines nominatos, in clytos, famosos, ac valde celebres fama, & honore. Genes. 6. n. 1. Viri famosi; Hebraicè est, Viri nominati; & hic phrasi forsitan indicare voluit Ioannes, ex præstantioribus, ac maioribus Antichristianis, qui tanquam alicuius nominis inter eos agnoscebantur, ex magna parte occisos fuisse in illo terræ motu: & hoc sit documentum viris magnis ac clarioribus, ut multum sibi timeant ab ira Dei. Rupertus in præsentia: Maluit dicere, ait, nomina hominum, quam simpliciter homines, per quod intelligimus, nominatos in hoc sæculo, & in clytos homines, videlicet de quibus, Psalm. 48. n. 12. Scriptum est, tabernacula eorum in progenie, & progeniem; vocaverunt nomina sua in terris suis, & Isai. 5. n. 14. Propter hoc dilatavit Infernus animam suam, & aperuit os

210. Apoc. 3. Nomen pro hominibus ponitur. A. Ror. 1. Græcus. 211. Secundò, ad quætionem, non ait Ioannes, quod homines sint occisi, sed nomina hominum, de notant homines nominatos, in clytos, famosos, ac valde celebres fama, & honore. Genes. 6. n. 1. Viri famosi; Hebraicè est, Viri nominati; & hic phrasi forsitan indicare voluit Ioannes, ex præstantioribus, ac maioribus Antichristianis, qui tanquam alicuius nominis inter eos agnoscebantur, ex magna parte occisos fuisse in illo terræ motu: & hoc sit documentum viris magnis ac clarioribus, ut multum sibi timeant ab ira Dei. Rupertus in præsentia: Maluit dicere, ait, nomina hominum, quam simpliciter homines, per quod intelligimus, nominatos in hoc sæculo, & in clytos homines, videlicet de quibus, Psalm. 48. n. 12. Scriptum est, tabernacula eorum in progenie, & progeniem; vocaverunt nomina sua in terris suis, & Isai. 5. n. 14. Propter hoc dilatavit Infernus animam suam, & aperuit os

suum absque ulla re-mine, & descendens fortes ejus, & populus ejus, & sublimis ejus, glorioseque ejus ad eum.

Tertiò, quando Elias, & Enoch gloriose redivi recipiantur in cælum, tunc dicuntur occisa nomina hominum septem milliam, non dicuntur ut homines occisi ex Antichristi affectis sed nomina septem milliam sine dubio Principum; hujusmodi affecta, nil aliud habent, quam nomina: in re Principes suis nil conferunt, sed tantum nominibus eos nobilitant, & exaltant. Ex quo aiebat Plinius in suo Panegyrico: Sunt in honore hominum, deinde in honore fama magna nomina, ex tenebris oblivioni, indulgentia Cæsaris. Expende, quod dicantur Cæsares, suis indulgere, nomina nimirum tantum, præter hæc nihil.

Cum multæ diffensiones essent exortæ inter filios Israël circa sacerdotalem Principatum, ut Deus hujusmodi querimonias cohiberet: præcepit Moyse, Num. 17. n. 2. accipe ab eis, scilicet Principibus Israël: Virgas singulas per cognationes suas, à cunctis Principibus tribuum virgas duodecim, & uniuscujusque nomen scribes virgæ suæ; & postea, quem ex his elegero, germinabit: virga ejus; ad conferendum sicutum Pontificatum eligantur duodecim, & in ipsis virgis manus divina, ac humana operatur: Divina facit, ut virga germinet folia, flores & fructus: Humana verò, que erat Principis, aut ducis totius Israël, scilicet Moyse, quid præstat nomina tantum: Vultusque nomen scribe. Nihil aliud humana principum potestas confert, nisi tantum ad summum nomina imponere, & titulos scribere, illisque confingere.

Postquam Deus primò Parenti dedit dominatum totius orbis, dominamini piscibus maris, & volatilibus cæli, ait Text. Gen. 2. num. Formas igitur Deus de humo cunctis animantibus terra, & uniperis volatilibus cæli adduxit ea ad Adam, ut videret, quid vocaret ea: omne enim, quod vocavit Adam anima viventis, ipsum est nomen ejus. Ecce ad omnium animantium naturam conveniunt Deus, & homo, qui Princeps erat totius universi: quid præstat Deus dat substantiam, vitam, & conservationem, & ut crescerent, & multiplicarentur: Homo verò in tanto Principatu, quid profert; nomen tantum: Omne, quod vocavit Adam ipsum est nomen ejus. Sed sicut Deus dedit vitam, cur etiam non dat nomen: sed maluit, ut se recipient vitam, ab Adamo verò nomen? Voluit Deus statim in ipso exordio ostendere, quod se humana potestates porrigan, & extendant, ut solum nomina, & titulos imponere valeant: & ideo Deus dat substantiam, & vitam: humana verò auctoritas, id quod potest, scilicet nomina, & titulos confingere. Basil. Seleuc. Oration. 2. sic ait: Adduxit Deus cuncta terra animantia ad Adam, ut videret, quid vocaret ea. Adam nomen artificum, quando verum esse non potest. Formantur à me, nominantur à te; que procreata pariter amur sitricis hujus solertia gloriam: me cognoscant artificem natura lege; te Dominum intelligant appellationis nomine: Inde nomen, quibus ego essentiam.

Humana potestas non dat res, sed nomina, ac titulos.

Plinius.

123.

Num. 17.

Deus dat res, homo nomina.

Gen. 2.

D. Basil. Sel.

QUÆSTIO XXVII.

Quare civitas peccatis abundans, non cadit tota, sed tantum illius decima pars?

218. Ipsi ex summo gaudio transierunt in summum malum.

Gen. 18. Abulens.

216. Grande supplicium suorum patras videre.

217. Pains dilata acerbius.

Matth. 7.

D. Ch. yf.

218.

Notat sacer Text. quod in illa hora; in quâ habitationes civitatis Jerosolymæ, va de festivè jucundabatur, ac in signum magni gaudii sibi invicem mittebant munera; Tunc corpora Eliæ, & Enoch, quæ insepulta jacebant, cum reviviscerent, gloriose ascenderunt in cælum: facto magno terræ motu, decima pars civitatis cecidit, & alii magno timore sunt percussi gaudium impiorum breve, & solum parit id, quod eis est durissimum, ut ex summo gaudio transierant, ad summam miseriam, ac calamitatem, quæ citò eos comprehendit: Ait Deus ad Abraham: Clamor Sodomorum multiplicatus est. Descendam, & videbo; urum clamorem qui venit ad me, opere compleverunt. Genes. 18. num. 20. ad quæ verba; sic ait Abulens, quæst. 17. Sine caritate percussit, cum verum cognoscendi reperit; nobis videlicet dare exemplum, quia majora crimina; & tarde credenda sunt, cum audimus, & citius puniendâ; cum veraciter cognoscuntur.

Ad quætionem, quare ergo cum tota civitas abundaret magnis peccatis, & abominationibus non tota perit, & cadit, sed decima pars illius? & cur in terræ motu non pereunt omnes homines, sed tantum septem millia; ut ita vita totum ruinâ, ac pœna graviter, ac rigide torqueantur? Ait Jeremias. Thren. 3. n. 1. Ego vix videntis pauperiam meam in virga indignationis ejus. Ac si dicat: Ego inter omnes meos, infelicissimus: quia vidit calamitatem, ac perditionem populi mei; nonne alii Prophete etiam viderunt & inde videntes decabantur; Viderunt quidem spiritu: at ipse non solum vidit, sed etiam expertus est totam sui populi ruinam. Alii quidem præviderunt: ergo tamen magis miser, quia non solum omnem calamitatem video, sed & sustineo & quod ante aspexi, patior, & simul oculis, & dorso flagra fero totius populi mei.

Secundò illi, qui superstites erant considerabant se ipsos consortes in crimine cum iis, qui perierunt: ac proinde ex dilatione supplicii gravia mala unusquisque sibi timebat: minatur Christus D. supplicium hypocritis in die judicii; & nunc confitebor illis: quia nunquam novi vos. Matth. 7. n. 23. & cur Domine, tandiu expectas, ut nefarissimos homines punias? cur non statim? D. Chryso. homil. 19. Usque tunc sustinebis, quia grandem iram grandis dilatio præcedere debet. Quando, mundialis Rex grandem iram adversus alium concepit, ingentemque illius meditari vastitatem, non subito movetur, sed quo major fuerit ea eo plus temporis infumit ad parandum vindictam. ut certior fiat pernicie contrarii, sic & in Deo grandis dilatio, dum præcedit grandem iram ostendit parati.

Supplicium uni peccatori inflatum, plures alios in simili delicto complices expecta, nisi Sylveira a Apoc. yplim. Tom. 1.

resipiscant. Elaris Ozias Rex victoriarum gloria, sibi sacerdotale munus aperire volens, ingressus est templum, ut per se incensum adoleat. Cui ait Azarias sacerdos. 2. Paralib. 26. num. 18. Non est tui officii, Ozia, ut adoleas incensum Domini, sed sacerdotium, hoc est, filiorum Aaron. Munus incensum adolendi, non solum, ait, non pertinere ad Regem; sed insuper exprimit, ad sacerdotes pertinere, qui genus ducunt ab Aaron: sufficiebat ergo dicere, illud munus ad solos sacerdotes pertinere, ut cognosceret Rex, illud ad se non spectare, cum sacerdos non esset: cur ergo placuit, illud addere, nimirum filios Aaron? Notanter posuit Pontifex Azarias filios Aaron, ut revocaret Regem in memoriam historiarum. Num. 16. quando hoc ipsum munus filiorum Aaron, arripientes sibi Dathan, & Abiron insurrexerunt contra Aaron, ut diceret eis Moyses Ibid. n. 11. Quid enim est Aaron, ut murmuretis contra eum? Num. 16. Et inde Dathan, & Abiron miserè perierunt; ut ita Rex Ozias horum Principum supplicium videns, & considerans, idem in eodem ausu sibi obventurum timeat: Quod enim uni accidit mali, idem profus, & aliis similibus eveniet: Rem ponderat D. Chryso. homil. 4. de verb. Isaiæ: Quamobrem, ait, non dixit, sacerdotibus tantum, sed & patris eorum Aaron meminisset Nominato Aaron, cuius vicem ul. us est Deus, eum ad h. storia recordationem adduxit. Noli audere, quod ausus est Dathan, ne patiaris, quæ tempore Aaron acciderunt.

Hinc D. Paulus monens, qualis debeat esse Episcopus, ait, 1. ad Timoth. num. 6. Non Neophytum, ne in superbiâ elatus, in judicium incidat Diaboli. Docet Episcopus ut se habeat cum humilitate, ne in superbiâ elatus, incidat in diem judicii, in eandemque condemnationem: in quam diabolus ob suam superbiâ devenit: quilibet enim superbus timeat, idem sibi eventurum malum cum Diabolo Divus Chryso. homil. 3. de verbis Isai. Ne inflatus, ait, incidat in condemnationem, & in laqueum Diaboli: ne eadem, inquit, peccans cum illo patiarur.

219. Tim. 3. Eadem pœna comprehendit eosdem delinquentes.

Apoc. 11. n. 14. Væ secundum abiit; & ecce tertium veniet citò.

Num. 15. Et septimus Angelus tuba cecinit, & factæ sunt voces magnæ in cælo, dicentes; factum est regnum hujus mundi, Domini nostri, & Christi ejus; & regnabit in sæcula sæculorum. Amen.

VERSIONES.

Syrus. n. 14. Illud Væ secundum abiit, & ecce illud Væ tertium venit citò.

Syrus. n. 15. Et ille septimus Angelus clanxit, & factæ sunt voces